



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

2 Vtrum obiectum iræ sit bonum, an malum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ad delectationem, & hic sensus est fallus: non enim spes termini ad iram, ut patet. Secundus est, quod omnes passiones irascibiles terminantur ad iram, sicut in ira, tanquam in ultima passione. & hoc est dicere quod ira est ultima passio, seu ultimus motus huius potentia, & notior: & propterea denominavit potentiam, & hic sensus est verus, ut patet superius dictis.

- ¶ Tertiò, Vtrum ira sit in concupisibili.
- ¶ Quartò, Vtrum ira sit cū rōne.
- ¶ Quintò, Vtrum ira sit naturalior, quam concupiscentia.
- ¶ Sextò, Vtrum ira sit grauior, quàm odium.
- ¶ Septimò, Vtrum ira solum sit ad illos, ad quos est iustitia;
- ¶ Octauò, De speciebus irę.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ira sit specialis passio.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Vtrum ira non sit passio specialis. Ab ira. n. denominatur potentia irascibilis: sed huius potentia non est una tantum passio, sed multarum. ergo ira non est passio specialis.

¶ 2 Præt. Cuilibet passioni speciali est aliquid contrarium, ut patet in singulari: sed ira non est aliqua passio contraria, ut supra dictum est. ergo ira non est passio specialis.

¶ 3 Præt. Vna specialis passio non includit aliam, sed ira includit multas passiones. est enim cū tristitia, & cum spe, & cum delectatione, ut patet per Philosophum in 2. Rhetor. ergo ira non est passio specialis.

**S**ED CONTRA est, quod Damascenus ponit iram specialem passionem. Et similiter Tullius. 4. de Tusculanarum questionibus.

**R**ESPON. Dicendum, quod aliquid dicitur generale dupliciter, Vno modo per predicationem, sicut animal est generale ad omnia animalia. Alio modo per causam, sicut sol est causa generalis omnium, quod generantur in his inferioribus, sicut in Dionysio in 4. causa diuina. Sicut autem n. genus continet multas differentias potentate secundum similitudinem materiae, ita causa agens continet multos effectus secundum uirtutem actuum.

contingit autem aliquem effectum ex concursu diuersarum causarum produci. Et quia omnis causa aliquo modo in effectu manet, potest etiam dici tertio modo effectus ex congregatione multarum causarum productus, habet quandam generalitatem, in quantum continet multas causas quodammodo in actu.

Primo ergo modo, ira non est passio generalis, sed conuulsa aliis passionibus, ut supra dictum est. Similiter autem nec secundo modo: non est enim causa aliarum passionum, ut supra dictum est, sed per hunc modum potest dici generalis passio amor, ut patet per Augustinum in 14. libro de ciuitate Dei.

Amor enim est prima radix omnium passionum, ut supra dictum est. Sed tertio modo, potest ira dici passio generalis in quantum ex concursu multarum passionum causatur: non enim insurgit motus irae, nisi propter aliquam tristitiam illatam, & nisi adsit desiderium, & spes ulciscendi, quia ut Philosophus dicit in 2. Rhetor. iratus habet spem puniendi: appetit enim uindictam, ut sibi possibilem, unde, si fuerit multum excellens persona, quae nocumētum intulit, non sequitur ira, sed solum tristitia, ut Auerroes dicit in libro de Anima.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod uis irascibilis denominatur ab ira, non quia omnis motus huius potentiae sit ira, sed quia ad iram terminantur omnes motus huius potentiae, & inter alios eius motus est manifestior.

**A**D II. Dicendum, quod ex hoc ipso, quod ira causa est contrariis passionibus, scilicet spe, quae est boni, & a tristitia, quae est mali, includit in se ipsa contrarietatem: & ideo non habet contrarium extra se, sicut etiam in medijs coloribus, non inuenitur contrarietas, nisi quod est simplicium colorum, ex quibus causantur.

**A**D TERTIUM Dicendum, quod ira includit multas passiones, non quidem sicut genus species, sed magis secundum continentiam causae, & effectus.

ARTICVLVS II.

Vtrum obiectum irae sit bonum, uel malum.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Vtrum obiectum irae sit malum. Dicitur in Greco Nyl. B. quod ira est quasi armigera concupiscentiae, in quantum si impugnat, id quod concupiscentia impedit, sed omne impedimentum habet rationem mali. ergo ira respicit malum, tanquam obiectum.

¶ 2 Præt. Ira, & odium conueniunt in effectu. utriusque enim est inferre nocumentum alteri. sed odium respicit malum tanquam obiectum, ut supra dictum est. ergo et ira.

¶ 3 Præt. Ira causatur ex tristitia, unde Phil. dicit in 7. Ethic. quod ira operatur cum tristitia, sed tristitia obiectum est malum; ergo & ira.

**S**ED CONTRA est, quod Augustinus dicit in 2. Confessione. quod ira appetit uindictam, sed appetitus uindictae est appetitus boni, cum uindicta ad iustitiam pertineat. ergo obiectum irae est bonum.

¶ Præt. Ira saepe est cum spe, unde & delectatione carum, ut dicit Phil. in 2. Rhetor. sed spei & delectationis obiectum est bonum: ergo & ira.

**R**ESPON. dicendum, quod motus appetitiue uirtutis sequitur actum uirtutis apprehensiuam. uis autem apprehensiuam dupliciter aliquid apprehendit, Vno modo per modum incomplexi, sicut cum intelligimus quid est homo: alio modo per modum complexi, sicut cum intelligimus album inesse homini. Unde utroque modo uis appetitiua potest tendere in bonum, & malum: per modum quidem simplicis & incomplexi, cum appetitus simpliciter sequitur, uel inhæret bono, uel refugit malum, & tale motus sunt desiderium & spes, delectatio & tristitia, & alia huiusmodi.

Per modum autem complexi, sicut cum appetitus fertur in hoc, quod aliquod bonum, uel malum inest, uel fiat circa alterum, uel tendendo in hoc, uel refugiendo ab hoc, sicut manifeste patet in amore & odio. Amamus enim aliquem, in quantum uolumus ei inesse aliquid bonum, odimus autem aliquem, in quantum uolumus ei inesse aliquid malum. & si militer est in ira, quicunque enim ira scit, querit uindicari de aliquo, & sic motus irae tendit in duo. scilicet in ipsam uindictam quam appetit, & sperat sicut quoddam bonum, unde & de ipsa delectatur: tendit et in illum, de quo querit uindictam, sicut in contrarium & nocium, quod pertinet

¶ Super quatuor quadragesimalibus articulis secundum.

**I**N ar. 2. eiusdem q. 46. scito, quod distinctio facta in litera, quod motus appetitus fertur in obiectum per modum incomplexi, & per modum complexi, intelligitur formaliter & explicite, ut patet in numeratis passionibus, per modum incomplexi. Desiderium enim & spes, si considerent obiecta, secundum implicita, complexionem habent, nullus enim desiderat nisi sibi, uel alteri bonum, & similiter nullus sperat bonum nulli. Sed si secundum explicite obiecta considerent, incomplexio inuenit. est enim desiderium absentis boni, & spes futuri. Amare autem est uelle boni alicui, ut in 2. Rhetor. dicitur, ubi explicite patet applicatio huius ad hoc ex parte obiecti. Intendit ergo author quod quodammodo passionibus sunt, quarum obiecta constituntur explicite in applicatione huius ad hoc, quod autem non. Et ex hoc solent duae obiecti omnes, Prima est de spe & desiderio, quod computentur inter eas quae per modum incomplexi sunt, cum respiciant bonum, & personam. Secunda est, quod amor concupiscentiae, quod amatur unum respicit unum obiectum tantum, cum sibi amet uel alteri, ut superius est dictum fuit, & similiter de odio abominacionis, patet enim, utriusque solutio, quod non explicite important applicationem huius ad hoc in obiecto, sicut cum amatur amicus, aut irascimur alicui, aut odio habemus aliquem odio inimicitiae: in his enim tribus solis explicite applicatio huius ad hoc in obiecto apparet &c.

Infr. ar. 3. & 6. cor. Li. 4. c. 13. a medio.

q. 29. art. 1.

Cap. 6. post medium tomo 5.

li. 2. confess. ca. 6. a medio. & 14. de ciuitate. c. 15. t. 5.

li. 2. Rhet. et non remota a principio tomo 6.

¶ Super

ad rationem mali. Est autem duplex differentia at-  
 te ndenda circa hoc irae ad odium, & ad amorē, qua-  
 rum prima est, q̄ ira semper respicit duo obiecta: a-  
 mor verò, & odium quandoque respiciunt vnum  
 obiectum tantum, sicut cum dicitur aliquis amare  
 vinum, vel aliquid huiusmodi, aut etiam odire. Se-  
 cunda est, quia vtrunque obiectorum, quod respi-  
 cit amor, est bonum, vult enim amās bonum alicui  
 tanquam sibi conuenienti. vtrunque verò horum,  
 quae respicit odiū, habet rationem mali. vult enim  
 odians, malum alicui, tanquam cuidā inconuenien-  
 ti. Sed ira respicit vnū obiectum secundum rationē  
 boni, s. vindictam, quam appetit: & aliud secundum  
 rationem mali, s. hominem nocuum, de quo vult  
 vindicari: & ideo est passio quodam modo compo-  
 sita ex contrarijs passionibus. Et per hoc patet re-  
 sponso ad obiecta.

ARTICVLVS III.

Vtrum ira sit in concupiscibili.

2. 2. q. 162.  
 ar. 3. co. 8. 3.  
 di. 6. q. 1. &  
 2. co. 8. sc̄fu  
 co. 3. fin.  
 \* li. 4. in fol.  
 2. & 3. a. pri.  
 libri.  
 Aug. c. 37.

**A**D TERTIVM sic proceditur. Videtur, q̄ ira  
 sit in concupiscibili. Dicit enim Tullius in 4.  
 de Tusculan. quaestio. \* Quod ira est libido quaedā:  
 sed libido est in concupiscibili: ergo & ira.

¶ 2 Præ. Aug. dicit in regula, † q̄ ira crescit in odiū.  
 Et Tullius dicit in eodem libro, q̄ odium est ira in-  
 ueterata: sed odium est in cōcupiscibili sicut amor.  
 ergo ira est in concupiscibili.

¶ 3 Præ. Damasc. & Greg. Nyffe. † dicunt, q̄ ira com-  
 ponitur ex tristitia & desiderio: sed vtrūque horum  
 est in concupiscibili. ergo ira est in concupiscibili.

SED CONTRA. Vis concupiscibilis est alia ab ira-  
 scibili. si igitur ira esset in concupiscibili, non domi-  
 naretur ab ea vis irascibilis.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut supra dictū est, \*  
 Passiones irascibilis in hoc differunt a passionibus  
 concupiscibilis, q̄ obiecta passionum concupiscibi-  
 lis sunt bonum, & malum absolute: obiecta autem  
 passionum irascibilis sunt bonum, & malum cum  
 quadam eleuatione & arduitate. Dictum est autē,  
 quod ira respicit duo obiecta, s. vindictam, quam ap-  
 petit, & eum, de quo vindictā quaerit. & circa vtrun-  
 que quandam arduitatem ira requirit: non. n. in sur-  
 git motus irae nisi aliqua magnitudine circa vtrūq;  
 existente. Quaecunque enim nihil sunt, aut modica  
 valde, nullo modo digna aestimamus, vt dicit Philo-  
 soph. in 2. Rhet. \* vnde manifestum est, q̄ ira non est  
 in concupiscibili, sed in irascibili.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Tullius libi-  
 dinem nominat appetitum cuiuscunque boni futu-  
 ri, non habita discretionē ardui, vel non ardui: & se-  
 cundum hoc ponit iram sub libidine, in quā tum est  
 appetitus vindictae: sicut autem libido communis est  
 ad irascibilem, & concupiscibilem.

AD SECVDVM dicendum, quod ira dicitur  
 crescere in odium, non quod eadem numero pas-  
 sio, quae prius fuit ira, postmodum fiat odium per  
 quandam inueterationem, sed per quandam casuali-  
 tatem: ira enim per diuturnitatem causat odium.

AD TERTIVM dicendum, quod ira dicitur  
 componi ex tristitia & desiderio, non sicut ex par-  
 tibus, sed sicut ex causis. dictum est autem \* supra,  
 quod passiones concupiscibilis sunt causae passio-  
 num irascibilis.

2. 2. nō remo-  
 te a pri. to.  
 6.  
 q. 23. ar. 7.  
 ar. p. r. x. c.  
 q. 25. ar. 7.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ira sit cum ratione.

**A**D QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod  
 ira non sit cum ratione. Ira enim cum sit pas-  
 sio quaedam, est in appetitu sensitiuo: sed appetitus  
 sensitiuus non sequitur rationis apprehensionem, sed  
 sensitivae partis. ergo ira non est cum ratione.

¶ 2 Præ. Animalia bruta carent ratione, & tamen  
 in eis inuenitur ira. ergo ira non est cum ratione.

¶ 3 Præ. Ebrietas ligat rationem, adiuuat autem ad  
 iram. ergo ira non est cum ratione.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 7.  
 Eth. \* quod ira consequitur rationem aequaliter.

RESPON. dicendum, quod sicut supra dictum est,  
 Ira est appetitus vindictae, hęc autem collationem  
 importat pene infligende ad nocuum sibi illa-  
 tum. unde in 7. Eth. dicit Philosoph. \* quod syllogi-  
 zans conferendo, quoniam oportet totaliter oppu-  
 gnare, irascitur confestim: cōferre autē & syllogizare  
 est rōnis. & ideo ira est quodammodo cum ratione.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod motus appe-  
 titivae virtutis potest esse cum ratione dupliciter. V-  
 no modo, cum ratione precipiente; & sic voluntas  
 est cum ratione, unde & dicitur appetitus rationalis.  
 Alio modo, cum ratione denuntiante: & sic ira est  
 cum ratione. Dicit enim Philos. in li. De problemati-  
 bus, \* quod ira est cum ratione, non sicut precipie-  
 te ratione, sed ut manifestante iniuriam. Appetitus  
 enim sensitivus immediate rationi non obedit, sed  
 mediante voluntate.

AD SECVDVM dicendum, quod bruta animalia  
 habent instinctum naturalem ex diuina ratione eis  
 inditum, p̄ quē habent motus interiores, & extero-  
 res similes motibus rationis, sicut supra dictum est. \*

AD TERTIVM dicendum, q̄ sicut dī in 7. Ethic. \*  
 ira audit aequaliter rationem, sicut nuntiantē q̄ in-  
 iuriam est ei, sed non perfecte audit, quia nō ob-  
 seruat regulam rationis in rependēdo vindictā. Ad  
 iram ergo requiritur aliquis actus rōnis, & additur  
 impedimentum rōnis: unde Philosophus dicit in  
 li. de Problematicis, \* quod illi qui sunt multum e-  
 brii, tanquam nihili habentes de iudicio rōnis, non  
 irascuntur: sed quando sunt parum ebrii, irascuntur  
 tanquam habentes iudicium rationis, sed impeditū.

ARTICVLVS V.

Vtrum ira sit naturalior, quam concupiscentia.

Sup̄r quæst. quadra-  
 ge sima sexta articu-  
 lum quin. um.

**A**D QVINTVM sic proceditur. Videtur, q̄ ira non sit natu-  
 ralior, quam concupiscentia. Pro-  
 prium enim hominis dicitur, qd  
 sit animal māsuētum natura, sed  
 mansuetudo opponitur irae, ut di-  
 cit Philo. in 2. Rhet. \* ergo ira nō  
 est naturalior quam concupiscen-  
 tia, sed omnino uidetur esse cōtra  
 hominis naturam.

¶ 2 Præ. Rō contra naturam di-  
 uiditur. Ea. n. quae secundum rō-  
 nem agunt, non dicimus secun-  
 dum naturam agere, sed ira ē cū  
 rōne, cōcupiscentia autē sine rō-  
 ne, ut dicitur in 7. Ethic. \* ergo cō-  
 cupiscentia est naturalior, quā ira.

IN artic. 5. omis-  
 3. & 4. in respon-  
 sione ad 1. dubium  
 Nouitiorum occur-  
 rit. Quo pacto ratio  
 sedat iram, inquantū  
 iratus non totaliter  
 audit imperium ra-  
 tionis. oppositum nō  
 que apparet, dum ira  
 tus non obediens ra-  
 tionis, magis prote-  
 gitur, ut experientia re-  
 flatur.  
 ¶ Ad hoc dicitur, pri-  
 mo explanando sen-  
 tentiam authoris, de-  
 inde uerba. Intendit  
 author q̄ quia ratio  
 duplici actu referunt  
 ad iram. s. nuntii & nō  
 p. r. x. c.